bus. In obligatione diuidua natura sed indiuidua effectū: si sunt plures promissoris heredes quilibet tenetur pro parte. sed partis ptestatio liberationē non prebet sed in obligatione indiuidua oimoda heredes promissoris tenentur insolidū. et heredibus stipulatoris insolidū actio cōperit. h. d. Diuidit in tres ptes. primo ponit vnā illationē vsq; ibi. et ideo. secūdo ponit aliā vsq; ibi. ex quo. tertio ponit aliā vsq; ad. §. si tñ. Itē p'ia sub diuidit in duas. f. dictū et rationē. secūda i duas. f. dictū et determinationē qōnis circa illud. tertia in duas. f. dictum et rñsionē tacite obiectōis. Partes patēt. Examinemus istas illatōes per p'iculas. In prima dicit q ex psona heredis nō mutat etc. Cōtra. §. de re iudi. l. nō tm. glo. soluit nō mutat cōditio obligatiōis sed p'denatio moderatur. dicit Pe. nō d; mutari: ver; est ad cōmodū alterius. sed ad cōmodū creditoris sic. glo. dicit melius q' Pe. qa ibi erat ex p'iuilegio p'sone iō est q' mutatur qa p'sonale: vt. l. qa p'sonale. §. so. ma. sed qualitas obligatiōis nō mutat. Cōp. de. l. si legatari'. §. de leg. j. So. glo. hic passiuē. ibi actiue. et vult dicere q ex psona heredis pmissoris nō mutat: sed ex psona actoris mutatur. Sed ista so. nō videt vera per illationē in tex. primo facti: quia idē est in heredib' pmissoris et heredib' stipulatoris. In p'ario so. glo. q' ibi in diuiduis hic in diuiduis. Dy. nō videt tenere istā so. et dicit q' ibi aliter p'is nō interest imo sibi pdest. hic p'is interest et nihil sibi pdest. Pe. dat aliam so. p'ditio nō mutat respectu rei que est in obligatiōe vt hic. sed alio modo bene recipit mutationē: quia obligatio inter heredes diuiditur. Et Ly. refert verba Pe. in. l. iij. C. de nego. gest. et

hoc tenet Ja. de are. hic. et dicit cōditio obligatiōis. i. vtilitas rei que est in obligatiōe. Dēs sol. sunt bone et so. glo. bona: quia aliud i diuiduis aliud in indiuiduis. et que est ratio istius quod dicit Dy. qa in diuiduis non noceret stipulatori: in indiuiduis sic. declarat p' solutiōnē Pe. et Ja. Cōp. de. l. eadē. §. si. Sol. vt ibi videbitis: qa ibi quādo deuenit ad extimatiōē partis. als se cus. Cōp. de declaratione huius. l. formo vnū p'ariuz et op. §. e. ver. et hay. vbi dicit q' quādo decē sunt in obligatione partis p'statio liberat heredē sed defunctū nō liberat. et sic loquit. l. tutor. §. lucius. §. de vsur. Quidaz huius timore dicunt cōcedo oppositum q' nō liberatur prestando partē. pe. tenet p'tra hoc in. l. iij. de nego. gest. C. et dicit q' ibi est casus p'igēdo. l. heredes. §. an ea. §. famil. her. inducendo hoc modo. ea que sunt ex necessitate veniunt in actione famil. her. et ea que sunt ex voluntate veniunt in actione nego. gest. sed in. d. l. iij. heres vnus soluēdo totū habet actionē nego. gest. ergo nō tenebatur soluere. sed casus ē melior in. l. si testamēto. §. j. j. de fideiuf. Rñ. ad. l. istam q' hic loquit in obligatiōe que est indiuidua effectū: ibi vero diuidua oīno. et ē ratio: quia hic si ēt liberatus et mutaret hic fieret solutiō in alio q' tenebatur defunctus: quia vnus soluit partē vnus rei et alter alterius: et sic cōtingeret mutatio respectu rei qd defunctus nō potuit. secus quando est diuidua: vt quātitas: quia illā prestāt plures heredes q' defunctus prestasset. nec cōtingit mutatio respectu rei: ut quia id defunctus debuit. sed illud videt cōtra. l. stipulationū. §. si. j. e. Hic debes scire q' obligatiōes personales diuidunt p. l. xij. tabu. ut. l. ea q. C. famil. her. et l. j. C. si cer. pe. vñ si teneris ad centū et heres duos h'edes vnusq; tenet ad quinquaginta. Itē illō qd est i cōditione in persona heredū nō diuidit ut. l. cui fundus. in. fi. §. de cōdi. et demon. sed illud qd erat in obligatiōe respectu stipulationis penalīs est in cōditione. Cū ergo cōditio nō diuidat inter heredes pena cōmittit pro solido nisi solidū soluat. sed quantū ad ipsum principale debitū solutiō partis liberaret pro parte: ut plene videmus. j. §. cato. Glo. querit qd si vnus cōfēsit in soluendo hominē alij diffētiūt. Gl. dicit q' stat dicto maioris partis. Sed illud nō est ver; tunc enim stat dicto maioris partis quādo sunt cōia pluribus ut inueneris. secus si pluribus ut singulis: ut in casu. l. maiorē. §. de pac. Tangit Dy. in. c. qd omnes. extra de regu. iur. li. vi. et l. qd maior. j. ad munic. l. si autē plures. de aqua plu. ar. et ibi de hoc dicam. Trāsit glo. ad aliā so. et aliaz glo. habetis in. l. in executione. §. pe. in. fi. mag. glo. j. e. ti. ubi ponit duas sol. que est ergo uerior. Aldra. dicit q' ista est vera. illa non. Rai. concor. videbat illas glo. hoc modo. Quādoq; maior pars cōtradicit minori: et tunc loquitur ista glo. quādoq; sunt in pari numero. et tunc cogere cōsentire officio iudicis: ut in. l. cōtra. S; nescio quo iure istud probet. dicit q' primo debet considerari qualiter subueniat ipsi creditori cōtra heredes. secundo qualiter cōsultatur heredibus inuicē. Cōtra primū dicit q' si quidē ante sententiā constat iudici heredes debitoris dissentire potest eos iudex cōdēnare i pecuniā ad petitionē creditoris: ut no. §. proxi. §. in glo. mag. Item facit qd no. §. de ac. emp. l. j. in prin. Item si iam facta esset cōdemnatio ad ipsuz hominē et heredes dissentirent posset fieri executio in extimatiōe eadē ratione: ut. j. statim videbitis in ver. sed quo casu. ar. eius qd no. j. e. l. cum qui certarū. §. j. et l. si seruū. §. si. Item posset petere actor ut iudex cogeret eos ad cōcordiam quia quotiēs plures dissentiūt ad p'iuiciū tertij possunt cogi ad cōcordiam per iudicē. ut. l. huiusmodi. §. si. de le. j. Cōtra s'm dicit primo q' nō est vera ista opi. q' stetur dicto maioris partis ut dixi. Item nō est veruz q' vnus coheredū possit petere q' per iudicē cogat cōsentire: quia quādo plures dissentiūt ad ipsorū incōmodum cessat officiu iudicis. vt. l. quotiēs. de vsufr. et de ser. rusti. predi. l. itinere. l; glo. ibi aliter sentiat. Sed si

a Officiū iudicis.

ADDE. §. ag. et bal. ut refert et seqf alexā. q' hoc fallit nisi iudex videat iminere p'iculū scādali quia tūc pōt eos cōpelle-re ad cōcordiam. arg. l. eq'stimū. §. d. usufruc. et l. p'gruit. §. de offi. p'f. et etiā dicit an ge. q' si res de qua cōtēdit non pōt cōmode diuidi per partes et in usu rei ptes sunt discordes tē recurrēd' sit ad remediū diuisionum diuidendo i ter ptes usū alterius tpi. b'. alle. l. lucio de aqua quot. et est. et p' hoc etiā dicit q' si plures habēt iurisdictionē i castro et discordant in usu iurisdictionis cōpelandi sunt diuidere usuz p' tpa. al. no. dictuz Inn. in. c. p'udentiā de off. de leg. in glo. q' incipit nob. Alexā. addit gl. xvj. q. iij. c. licet q' dicit abb. rep'utare no. i terminis istis i c. si. de re iudi. tu ēt ad. de q' bal. cōsilio. cxxvij. li. iij. dicit q' valet arbitramētū latum ex arupto. cū iudex videt partes ad arma paratas. Qualiter autem plures fratres habentes iurisdictionē illa uti debeāt vide bart. confi. cxxxviii.

adhuc nullus coheredū est passus dānum sed timere pati possent petere ut sorte dirimat. ar. l. si. in prin. C. cōmunia deleg. 7 qd no. i. l. in executione. §. si. in gl. mag. Si vero alter passus sit iam dānum tunc recuperat a coherede iudicio famil. her. ut hac glo. 7 est tex. hic i. h. sed quo casu. Sed quero in stipulatione generis vel alternatiua si decedat stipulator pluribus heredib' relictis 7 nō cōcordant qd iuris? Rñ. si electio erat stipulatoris habes casuz in l. heredes. §. si iūcto. s. fa. her. Si vero erat electio pmissoris tūc res est expedita: quia pōt offerre qd vult. Tamē si vni heredū vellet dare partē in vno homine alij partē in alio nō ptingeret liberatio: ut j. de solu. l. qui hominē. §. j. vñ solutione facta pro parte vni ei' respectu actio eēt in pendēti donec alteri solua tur. sicut. s. dixi in heredib' pmissoris: qa iste recepit totū qd sibi dberur. C. Venio ad ver. 7 ideo. Op. q. im possibile sit vnū ex heredibus insolidū prestare seruitutem: ut. l. pro parte. s. de ser. qd tū dicitur hic sed quo casu 7c. So. iste ver. pōt referri ad primā illationē. s. de obligatione generis: ut tangit hic in glo. 7 fm hoc hēs hic casum q. vnus ex heredib' de necessitate in obligatione generis hz soluere totū. qd pz: quia pōt repetere p actionē fa. her. ut. l. heredes. §. si vnus. s. fa. her. nam licet actio 7 cōdēnatio fiat pro parte: tū perfecte nō liberat soluēdo partē. puto tū q. creditor nō cogat alias recipere partē nisi alij heredes cōsentiant i alijs partibus eiusdē hoīs: ut. l. in executione. §. pro pte. j. eo. 7 hic: qa si creditor reciperet partē cogere 7 heres qui solueret spōte ageret neg. ges. 7 cessaret iudiciū fami. her. Illud aut qd. s. pri. §. fuit dictum pro parte soluta ab herede actio eēt in pendēti: est verū in spōte recipiēte. Alio modo legif hic ver. q. referat ad hūc casum qñ est indiuiduū natura 7 effectū: ut in prima pte glo. 7 tūc ad contraria rñdeo q. nō cōstituit seruitutē insolidū sed soluit extimationē insolidū. C. Sicut op. quando deuenit ad estimationē nō tenet nisi pro parte. ergo solūēs soliduz nō soluit ex necessitate: qd tex. inuit dū dicit fa. her. Rñ. deo quādoqz actū est cōtra vnū ex heredib' ad seruitutem insolidū 7 est cōdēnatus tūc in executione quia nō pōt cōstituere seruitutē nō liberatur nisi soluat extimationē totius: ita loquitur hic. quādoqz ab ipso initio format actio ad interesse tunc dat pro hereditaria portione: ut. j. e. l. stipulationes nō diuidi. Et predicta vera in heredib' pmissoris. sed si vnus ex heredib' stipulatoris ageret ad vnā insolidū 7 deueniret ad executionem sup interesse nō prestaret nisi pars: ut. l. heredes. §. an ea. fami. her. Ratio: quia nō eēt equū: ut haberet plus debito. sed in precedēti casu stipulator cōsequit totum qd sibi dber ab illo vno 7 ille repetit a coheredib'. Nūc veniamus ad ver. ex quo dicitur hic q. plures heredes stipulatoris 7c. C. Op. de. l. heredes. §. an ea. s. fami. her. sol. ut in glo. C. Alterius op. de. l. pro parte. s. de serui. So. quādo fundus vadit ad successorē pro parte stipulatio extinguit 7c. ut in glo. C. Alterius op. de. l. si vn' in fi. s. de serui. rusti. predi. certe fm vnā lec. concor. fm aliā discordat. dic 7 sol. ut ibi. Extra glo. i hoc ver. q. ro si sunt plures heredes stipulatoris qlibet hz actionem insolidū: 7 plures heredes pmissoris in obligatōe indiuidua tenentur isolidū an sint correi. 7 L. i. au. hoc ita C. de duo. re. dicit q. nō: quia ex natura rei dicuntur insolidū obligati. 7 glo. videt in. §. si tū homines. 7 tex. s. de euic. l. rē hereditaria. 7 dicam. j. de duo. re. l. j. vel in. l. re os. §. cum in tabulis. C. Venio ad ver. sed quidā. 7 q. ro qualiterqz intelligi. 7 glo. ponit duos intellectus. 7 hz vnū intellectu sit vna obiectio 7 est rñso tacita nō expressa. 7 fm istā pone casum sic. videt q. ista stipulatio vitiet qa deuenit ad eū casuz a quo incipere nō pōt: ut cū per singulos nō potest seruitus acqri. 7 hoc qdam iuriscōsulti cōcesserunt 7 male. vñ auctor legis respōdit difficile est q. seruitus cōstituatur pluribus: qa oportet oēs consentire: alias nō valet: ut. l. cum rescriptū. cōia predi. cum si. no. hic in glo. sed difficultas prestationis nō vitiat obli

gationē: quia pro hoc nō deuenit ad eū casuz a quo nō potuit incipere: potuit. n. l. cū difficultate. C. Secundo modo legif. op. 7 videt q. hec stipulatio vitiet qa re nō pōt dare eandē seruitutē plurib' insolidum: 7 sic stipulatio vitiet tanq. cōtinens ipso possibile: qd quidā cōcesserūt. sed iuriscōsultus auctor. l. dicit q. illud ē difficile reo si cut dare mille marcas ei qui nō hz sed difficultas nō vitiat obligationē. 7 ista fuit lec. Jo. que colligit ex glo. mag. hic posita. tu tene primā pro vera 7 bona. 7 precedens nō est vera qa pluribus pōt serui' insolidū cōstitui: ut. l. lucio. s. de aqua quoti. 7 est. 7 l. via. s. de serui. ru. predi. 7 sic nō est difficile. C. Venio ad vnā. q. gl. qlibet heredū habet actionē insolidū. vnus egit 7 obtinuit an poterit uti anteq. alij agāt. Quidā q. sic. io. q. nō. vide istā gl. q. istaz opi. ē vera. 7 istud ē difficile 7 p. glo. nō pōt haberi intellectus. Et videt q. prima opi. est vera cū in cōfessoria vni' victoria pfit alteri: ut. l. loci corp. §. si fundus. s. si ser. ven. Sz illud in seruitute constituta secus in seruitute cōstitutēda. 7 iō l. vn' egerit 7 obtinuerit sibi pro parte nō pōt cōstitui: ideo nō pōt ipse nec alius uti quod sibi nō possit cōstitui. est casus in. l. pro pte. s. s. serui. C. Quid dicemus. Ista gl. dz intelligi hoc modo. siquidē heredes sunt i discordia eis nō pōt cōstitui sinitus: ut. i. l. itinere. 7 ibi no. s. de ser. ru. pre. 7 null' poterit uti cū nō possit cōstitui. 7 sic loquitur opi. Jo. sed si ille qui dz seruitutē vni vellet cōstituere pro parte nō pōt cōstituere. tū ille cui est sic constituta non poterit p. h. beri quin utat: ut. l. per fundū. s. de ser. ru. pre. 7 ita loquitur opi. alioz. Donec econuerso ad glo. q. vnus succubuit. certe nō nocet alteri: ut. l. si de cōmuni. s. si ser. vñ. 7 no. in. d. §. si fundus. 7 alteri accreuit: ut. s. cōi. pre. l. propriū. 7 p. inde est ac si nō sit ille qui succubuit.

Si tamen hominem. Iste. §. le. gif in glo.

duob' modis. 7 tertio fm Pe. 7 melius. 7 fm suam lec. h. d. Per sniam 7 acceptilationē vnus ex heredib' pmissoris qui tenebat in genere potest liberari. C. Op. s. e. l. §. j. 7 §. ex his: ubi vno ex pluribus heredib' soluēte nō cōtingit liberatio obligatōis ppter qd glo. dat duas lec. Vna est q. loquit in hoīe certo in obligationē deducto: ibi i genere. 7 illa ē in se vera p. l. si ita stipulatus j. de sol. 7 eam 7c. Op. 7 glo. s. e. l. §. i. i glo. mag. hz nullū dubiū poneret. Alio modo legif 7 loquit i obligatione generis q. interim sit in pendēti. hz ista ē ptra tex. ibi ps dūtaxat 7c. Preterea ista lec. nō est bona p dictionē fit tū. que ē aduersatiua supiorib'. vñ glo. dicit q. hic fuit solutū stipulatori nolēti: ut no. s. e. l. §. j. Istud non est verū: qa. §. j. dz intelligi stipulatore volēte: qa inuit nō potest cogi accipere ptes: ut. s. proxi. §. dixi. Quid ergo dicemus. Dic fm Pe. q. i obligatione generis nō contingit liberatio p solutionē sed p acceptilationē 7 sniaz contingit pro pte. Et rō est que ponit in. l. in executione. §. pro pte. j. e. 7 est rō. ne alius heres possit soluere ptes in alio hoīe. qd est absurdū. ptes enim hēret i diuersis hominib'. sed i snia 7 acceptilatione hec cessat iniquitas: qa vnā partē tantūmodo dz hēre. 7 p hoc hēs itellectū. l. g. hoīez. j. de acceptil. 7 fm hoc expone hic egero 7 succubero. l. gl. aliter dicat 7 nō bene. Sz ista rōne attēta dicas semp pro pte liberationē posse cōtingere vbi nō deuenit ad illā iniquitatē. Op. de. l. si ex plurib'. i. rñso. j. de acceptil. gl. q. ē hic dat duas sol. 7 qlibet ē bona. Vna q. ibi sunt duo rei. hic nō. 7 hz hoc dixi vobis. s. pri. q. idē est in re indiuidua i obligationē deducta 7 nō sunt duo rei. 7 tene mēti hāc gl. Querit glo. qd si acceptilatio fiat de vna specie i obligatōe generis. Dicit q. cōtingit liberatio: ut. l. 7 p iusurādū. j. s. acceptil. §. si is q. hoīez. sed secus i pactis: ut. l. si vnus. §. sed si generaliter. s. de pac. dic ut ibi: 7. d. §. si is qui hominē.

Ex. §. sequenti.

C. Si florētinus hz rep. salias cōtra aliquē pisanuz 7 alius pisan' vadat florētina 7 excuriat an ille excussus possit agere cōtra illū cui' occasiōe rep. salie fuerūt concessa.

Item si in facto. Vidistis supra de ob-
 ligatiōib' iuris et etiā
 aliq̄liter facti. nūc ponit de obligatiōe facti mere: et vsq̄
 ad. §. cato hoc itē dicit. vno ex heredib' pmissoris cōtra
 faciēte oēs tenet pro hereditaria portōe. s; si vni ex he-
 redib' stipulatoris ptrafiat pro pte sua tm̄ stipulatio cō-
 mittit ad interesse. ad penā vero cōmittit isolidū l; alij
 agētes exceptōe doli repellat. b. d. p̄rio loq̄ q̄ vn' ex
 heredib' pmissoris cōtrauenit. sc̄do q̄ vctū ē ptra vnū
 ex heredib' stipulatoris. tertio distinctionē ponit. quar-
 to rōnez sue distinctionis assignat. quito extēdit ad aliā
 obligatiōē. sc̄da ibi: ptra aut. tertia ibi: nā si penā. quar-
 ta ibi: l. idē. §. sed hec d̄ria. quinta in. l. eadem. in prin.
Cato. q; i stipulationib' facti vno ex heredib' pmissor-
 ris cōtrafaciēte cōmittit pena isolidū. Itē no. q; vno ex
 heredib' stipulatoris et. §. p. j. e. §. cato. r̄idet glo. hic
 i factis idiuuiduis loq̄. §. cato loq̄ in factis diuiduis. et
 istud cōtrariū rāgit hic gl. mag. hic posita. **Cato.** §. e.
 l. ver. ex quo qdē. vbi qlibet heres stipulatoris h; actio
 nē isolidū. Sol. q̄n agit ad ipsuz factū idiuuidū qlibet
 heres agit isolidū: vt i ver. ex quo qdē. secus q̄n deueni-
 tur ad interesse q̄ tūc pro pte agit: vt hic. **Cato.** si vn'
 ex heredib' vadit ad rē cōez vadit noie oīuz et pro oīuz
 utilitate: q̄a nulla est p̄ricula q̄ nō sit cōis: ut. l. meu'. §.
 duob'. §. d. leg. ij. ergo coheredū interest: vt. j. e. l. si stipu-
 latus fuero p te. et sic possunt agere. Sol. itelligo q; ibi
 ibat coheres ad fundū suū p̄p̄riū q; sibi in diuisione ob-
 uenerat vel ad p̄tē suā pro indiuiso. alias si iret ad cōez
 pro indiuiso cū iret noie oīuz oēs vident p̄hibiti: ut. d.
 l. si stipulatus. **Cato.** in stipulationib' penalib' nō cōfi-
 deraf interesse: ut. l. stipulatio ista. §. alteri. j. e. glo. q; est
 hic dicit de stricto iure nō inspicimus s; de eq̄tate sic. et vi-
 de glo. in. l. idē iuris: q; incipit i stricto. et fm̄ glo. istaz. §.
 alteri. videt imponere. l. verbis et nō rebus: q̄a de eq̄-
 tate pena ip̄posita nō valet. Dicit **De.** q; q̄nq; solet ap-
 poni pena in stipu. de cuius natura venit interesse et tunc
 si nō interest nō agit: ut hic. q̄nq; apponit pena rōne cō-
 tēptus vbi interesse nō venit: et tūc nō inspicit an interest:
 vt i. §. alteri. S; ista so. videt ptra casuz. l. vl. j. de preto.
 stipu. dicit ipsi nos r̄idemus et fatemur q; nō v; pbare
 quantū interest sed qd aliquid interest h; pbare sed illud
 nō est v;: q̄a sine aliqua p̄batione cōmittit pena. **De.**
 pbat in cōpromisso venit interesse: ut. l. diez p̄ferre. §. fi.
 §. de arbi. Sed video q; si in cōpromissis pena ē appo-
 sita nō inspicimus an interest: ut. l. cū penā. §. de arbi. er-
 go illud dictū nō est bonū. **Qualiter dicemus.** Dicit
 ipse aut offendit directo ille cui est pmissus: et tūc nō in-
 spicimus interesse si offendit alius nō ille cui principa-
 liter est pmissus. et tūc inspicimus an interest: ut hic. et hāc
 solu. dat ipse hic et in. §. alteri. sed fm̄ illud dictū **De.** iā
 sequeret q; heres hic nō offensus hēret pbare sua inter-
 esse. als nō posset agere qd est cōtra istū tex. ubi nō inspi-
 cit an interest. Itē est cōtra. l. h. j. de p̄to. stip. S; si **De.**
 voluit hoc intelligere: vt dicā bene dixit. **Hic** q; si offen-
 dit ille cui principaliter est pmissus siue ille q; ei' psonaz
 representat stipulatio cōmittit: nec inspicimus an interest:
 vt. l. stipulatio ista. j. e. §. alteri. insti. de inuti. stip. Sed si
 offendit alter q; cui principaliter est pmissus vel alius q;
 psonā eius nō representat tūc inspicit an interest stipulato-
 ris vel heredis ei' qui eius psonā rep̄ntat: ut hic. et glo.
 est in. d. l. cū penā: cōiuncta. l. aduersus. §. de arb. et qua
 si est casus hic nā heres rep̄ntat psonā defuncti in totū
 si est heres vniuersalis: ut. l. hereditas. §. de acq. re. do.
 S; heres p̄cularis pro pte qua ē heres rep̄ntat psonā
 defuncti in alia pte ē extraneus: ut. l. cū a matre. C. d̄ rei
 ven. et no. in. l. i. in gl. mag. in. §. h. j. de p̄to. stipu. modo
 hic heres offensus et p̄bitus pro pte sua agit et cōmit-
 tit stipulatio cū effectu l; sua nō interest: ut. l. cū penā: cō-
 iuncta. l. aduersus. §. de arbi. sed pro pte alioz q; repre-
 sentat psonam defuncti cōmittit nō tm̄ effectualiter: q̄a
 ob. exceptio cū sint q̄tum ad illā p̄tē extranei vñ offen-

siōe facta alteri nō p̄nt agere: ut. d. l. aduersus. **Cato.**
 ro in obligatiōe facti qd est an factū an interesse: et hoc di-
 cā in. l. stipulationes nō diuiduntur: vbi. q. istā examino.
 et vide istā glo. q; incipit seq̄ de istis et. Et tene mēti istū
 §. q̄a est multū no. ad infra pacis. p̄mitto p me et meos
 heredes nō offendere te et tuos heredes. qd si offendit
 vnus ex heredibus stipulatoris vel pmissoris. hic **Ja.** d̄
 are. tangit hoc et dices plene in. §. cato. Itē d̄ns **Ja.** de
 are. inducit ad aliā. q. quidā florētinus h; rep̄salias cō-
 tra pisanū occasiōe cuiusdā delicti cōmissi p vnū pisanū
 modo quidā alius pisanus iuit florētia: ille q; h; rep̄sa-
 lias excussit istum: iste pisanus reuersus vult repetere ab
 isto cuius occasiōe date sūt rep̄salie an possit. et videt q;
 sic' p istū. §. et p. l. si vero. §. cū aut. §. de his q; deie. vel
 essu. et. l. l; §. si. §. nau. cau. sta. et. l. nā et seruus. §. de neg.
 ges. nō determinādo dico sed allegando alibi forte di-
 cemus.

Ex. §. sequenti.

Indiuuidū quot modis accipiat quo ad presentē ma-
 teriā: ibi. **So.** Et qualiter q; teneat ad ipsuz idiuuidū:
 ibi: **Et.** q̄liter aduersus quos pena seu interesse cōmit-
 taf si fiat cōtra obligatiōē facti idiuuidui: ibi. **Et** ergo.
Et qualiter et aduersus quos cōmittat interesse vel pena
 adiecta facto diuiduo vel dationi: ibi. **Et** ergo ista. **Et** si
 noie pene adiecte facto diuiduo p̄mittat aliqd indiu-
 duū si vnus heredū cōtraueniat an cōmittat cōtra oēs:
 ibi. **P̄rio.** **Et** si ille q; p̄misit sub pena iudicatū solui que
 stipulatio cōtinet clausulā de defendēdo decedat pluri-
 bus heredib' relictis quoz vn' defendat alii nō an cō-
 mittatur cōtra oēs: ibi. **Secūdo.** **Et** an q; p̄mittit excipe
 p̄mittat factū diuiduū v' indiuuidū: ibi. **Tertio.** **Et** an
 cū aliqs tenet mihi ad agēdū ptra aliquē vtr ū ista obli-
 gatio cōtineat diuiduū vel indiuuidū: ibi. **Quarto.** **Et**
 si q; p̄mittat apli' nō agere ea actōe q; cōtineat idiuuidū
 vel ratū haberi aliquid indiuuidū utriū ista stipulatio iu-
 dicabit diuidua: ibi. **Quinto.** **Et** an si q; stipulatus sit
 vsum alicuius fundi et decedat pluribus heredibus reli-
 ctis qlibet debeat habere totū vsuz: ibi. **Sexto.** **An** autē
 si q; faciat pacē cū aliquo suo inimico puta ticio et p̄mit-
 tar pro se suisq; heredibus nō offendere. d. ticio stipulā-
 ti pro se suisq; heredibus sub p̄ea mile. et deide dictus
 ticius moriat relictis pluribus heredibus quoz vnus
 fuit offensus: pena in totū p̄tineat ipsi offenso an pro-
 hereditaria portione: ibi. **Et** ad hoc. **Si** autē vnus he-
 redum pmissoris offendat an ceteri teneatur: ibi. **S; dices.**
Stāte et statuto q; qui occidit occidatur nisi ha-
 buerit pacē ab herede occisi si occisor habeat pacē cum
 vno heredū cū sint plures an sufficiat: ibi. **Ultimo.**

Cato. **Iste.** §. est difficilis in sua materia. in cu-
 ius repetitione tenebo ordinē consuetuz.
 primo cōtinuo hūc. §. ad precedentia fm̄ **De.** hoc mo-
 do. dictū est. in. l. ij. q; stipulationū quedaz sunt in dā-
 do: quedā in faciendo consistūt. de his que in dādo cō-
 sistunt dixi. §. e. l. ij. vsq; ad. §. item si in facto. l; ibi dixi
 rit de seruitu. que habēt in se aliquid facti: ut no. §. eo. l.
 ij. §. j. et ibi dixi. et ibi incipit dicere de his que in facien-
 do consistūt. et hoc p̄secutus est vsq; huc. verū quia ca-
 to circa hoc posuit vnū suuz dictū obscurum: ideo illud
 hic ponit et declarat bene iurisconsultus. **Secundo** iste
 §. diuiditur in quattuor partes. primo ponit dictum ca-
 tonis de cuius intellectu dubitabaf vsq; ibi. ab omni-
 bus. **In** secundo distinctio catonis declaratur vsq; ibi:
 differētie. **In** tertio differētie rōnem assignat vsq; ibi.
 sed videamus. **In** quarto reuocat in dubiū qd primo p
 constāti posuerat et decidit vsq; ad finē nostri. §. **Hanc**
 diuisionē ponit **De.** **Ja.** de are. et omnes l; diuersi
 mode loquātur. tertio pone summarū sic. **Pena** adie-
 cta facto indiuuiduo si contrafiat p vnū ex heredibus p-
 missoris pro parte hereditaria cōmittitur cōtra oēs. in
 facto vero diuiduo pro parte cōtrafaciētis tantūmodo
 sed aduersus ipsum cōmissorē isolidū. b. d. **Uenia-**

Uidetur
 q; sic.
 ADDE et li-
 mita s; bal.
 hic cuz quo
 transit pe. d̄
 ancha. hic et
 ang. m. l. nā
 et fuus. §. d̄
 nego. gest.
 et p̄sau. de
 ca. hic si iu-
 ste rep̄salie
 fuerunt con-
 cessē. alias se-
 cus per. l. si
 per impru-
 detiaz i p̄ri.
 §. de euic.

et tunc quilibet tenetur in solidum: sed non tanquam duo rei. ar. §. e. l. ij. d. §. ex bis. Aut in indiuiduo quo ad solutionem tamen. et tunc aut quilibet heres possidet pro portione hereditaria et sic tenetur: ut in. d. l. pro hereditariis. Aut unus possidet totum. et tunc aut est iudicium bonifidei et ille solus tenetur: ut. d. §. heres. Aut est iudicium stricti iuris: et tunc aut pro illa re restituenda posset competere rei vendicatio et ille solus tenetur: ut. l. si plures. §. de vi et vi ar. Aut non posset competere rei vendicatio: et tunc pro portionibus hereditariis: ut. d. l. si tibi habet. §. si fundus. Quarto op. hic dicitur quod ex facto unius pena committatur contra omnes. Contra. §. ad fil. l. si. §. de ope. no. nū. l. de pupillo. §. si plurius: ubi ille solus qui profecerit tenetur. So. l. ibi factum est indiuiduum tamen non descendebat ex causa hereditaria. nec ipsi ex eorum contractu tenebantur in solidum. vñ pena sui tenet auctores. hic vero obligatio descendebat ex causa hereditaria: vñ si vnus hereditum qui representat defuncti personam contrafaciat omnes tenentur. Quinto contra istud op. nā videtur quod et in obligationibus que descendunt ex causa hereditaria ille solus tenetur qui profecerit: ut. §. de po. l. in depositi. z. l. se. So. ibi loquitur in actioe bonifidei in qua officio iudicis conuenit ut ille solus teneatur qui delinquit. ar. §. como. l. iij. §. heres. et qd. §. dixi. hic vero stricti iuris. Fateor ergo quod si hec pena aliqua pateret actioe bonifidei forte informata ex pacto incōtinēti appposito quod ageret in solidum contra illum qui contrafecit. ar. predicto: iuriū. hanc. §. l. pr. Vel solue aliter videlicet quod hoc i factio indiuiduo oīo. f. quo ad obligationem et solutionem. ibi in factio indiuiduo quo ad solutionem tamen. vñ cū obligatio ipsa principalis diuidatur inter heredes merito vnus ex facto alterius non tenetur. Er utraqz so. puto verā. Sexto contra predicta op. et videtur quod in actione bonifidei: et in his que sunt indiuidua quo ad solutionem tamen dolo commisso quilibet in solidum tenetur tanquam duo rei: ut. §. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. et de po. l. si duo. ver. quod si lance. et. e. ti. l. i. §. si apud duos: ubi equipantur tutoribus quos constat in solidum teneri. Sol. l. in intellectu dictorum iuriū sit magna difficultas et glo. intricate et male loquatur. d. §. si duobus: tamen omisissis supfluis pono quod credo verum. Dico ergo quod obligatio principalis ad rem restituendam quilibet contrahatur dixi. §. in pxi. distinctioe. et de tali non loquimur. sed obligatio que contrahitur rōne doli culpe vel negligētie adhibite ad interesse si quidē dolo committatur ab vno tamen ille solus tenetur vt dixi. §. pxi. contrario. Si ambo committant ambo tenentur in solidum: sic loquitur. §. si duobus. z. l. si duo. et. §. si apud duos: si bene inspicias. Aduerte ad rōnez. obligatio ad rem restituendam solū quo ad solutionem dicitur indiuidua: ut. §. dixi. sed obligatio que contrahitur rōne doli et culpe ex eo quod debet custodia et diligentia est indiuidua vtroque modo. non enim possunt adhibere custodiā in vna parte pro indiuiduo quoniam adhibeā in alia. nec possunt committere dolum in vna parte quoniam committatur in alia. est. n. indiuidua oīno. merito ergo plures debitores in hoc sunt quodammodo duo rei et quilibet tenetur in solidum: ut. d. §. si duobus. et no. quod tex. ibi dicit quodammodo: quod est no. improprietatis. non enim sunt proprie duo rei: quia tunc ex facto vnus omnes tenentur. ut. l. si. C. de duo. re. sed hic quilibet tenetur ad custodiā et ideo appellatur duo rei: sed tamen factum vnus soli non nocet alteri. sed si omnes delinquant omnes tenentur in solidum. dices tu quod ista sunt contra casus nostros. §. nam hic plures heredes ad factum quod est oīno indiuiduum tenetur quilibet in solidum. nec proprie sunt duo rei ut dixi. et tamen factum vnus licet non noceat alijs ut quilibet in solidum teneatur: tenetur tamen pro hereditaria portioe. sed in contrariis nullo modo tenentur. Possimus dicere quod ibi loquitur in actioe bonifidei ut. §. dixi. hic in stricti iuris que hinc cām hereditaria. et ideo siue ad penam siue ad interesse committatur ex facto vnus omnes tenentur l. p. iudicium fa. her. in effectu reuertitur ad eum qui commisit: ut. §. e. l. ij. §. itē si in factio. et fa. her. l. heredes. §. in illa. Et ergo liqueat ista materia qualiter et aduersus quos pena seu interesse committatur si fiat contra

obligationem facti indiuidui sic distingue. aut sunt plures debitores: aut sunt plures heredes vni debitoris. Primo casu. aut fuit actum quod quilibet teneretur in solidum: et tunc sunt duo rei et factum vnus facit committere penam et interesse aduersus omnes. ar. C. de duo. re. l. si. et de vsur. l. mora. §. si. aut non fuit actum. et tunc aut vnus facit contra et non alij: et solus ille tenetur in solidum et alijs non preiudicat: ut. d. l. i. §. si apud duos. in fi. §. ratio: quia non sunt proprie duo rei vt dixi. aut omnes fecerunt contra stipulationem et omnes tenentur in solidum quasi duo rei: vt in. §. si duobus vehiculū. z. l. si duo rei. ij. respōso. §. de po. Secundo casu quoniam queris de pluribus heredibus: et tunc aut illud factum indiuiduum non descendebat ex causa hereditaria: et factum vnus sibi nocet et non preiudicat alijs: ut. §. ad fil. l. si. de no. ope. nū. l. de pupillo. §. si plurius. aut descendebat ex causa hereditaria. et tunc aut illa pena vel interesse petitur per iudicium bonifidei et agitur contra eum tamen qui contrafecit: ut. §. de po. l. in depositi. z. l. se. et si omnes contrafaciunt: contra omnes agendum est: ut. d. l. si duo. aut per actionem stricti iuris. et tunc siue petatur pena siue interesse ex facto vnus committitur contra omnes pro hereditaria portioe: l. postea contra illum solū habeatur recursus per actionem fami. her. ut. §. fa. her. l. heredes. §. in illa. et hic. z. §. e. l. ij. §. item si in factio. et predicta vera preterquam in stipulationibus pretoris in quibus dicitur ut dicam in. ij. q. Et aduerte: quia ideo hic non distinguitur inter factum indiuiduum oīno et inter indiuiduum quo ad solutionem tamen: quia in illo putatur contrahitur obligatio ad interesse: quia non restituitur est idē quod dixi in prima distinctioe. sed putatur contrahitur obligatione ratio doli vel culpe vel diligentie omisse tunc cadit in istam distinctionem. illa autem sunt oīno indiuidua: ut. §. dixi. ista sunt multū difficilia que scripsi. putavi vera: et predictis videtur assentire Ja. de arc. Jac. bu. in. d. §. si apud duos. Tūc restat tractare de obligationibus facti diuidui et de obligationibus dandi: et qualiter teneatur isti principales et qualiter heredes: quod satis est clarum: quia diuiditur inter heredes p. l. xij. tab. Itē satis habuistis. §. e. l. ij. in prin. et. §. i. et glo. bene distinguit in. l. si seruus. §. si plurius. §. si quis cautio. Videamus ergo qualiter et aduersus quos committatur stipulatio ad penam vel ad interesse si fiat contra stipulationem continentem factum diuiduum vel datōes. Op. ergo septimo sic hic dicitur quod i factio diuiduo pena non committitur nisi pro parte contra. j. e. §. in fi. So. ibi loquitur in ipso principali: hic in pluribus heredibus eiusdem principalis: quod qualiter intelligatur. j. dicitur. De octavo op. quia etiā contra ipsos heredes videtur committi in solidum vno contrafaciente: ut. j. l. pxi. §. si. So. dicunt quod illud speciale quoniam pecunia debetur propter singularia precepta: ut. §. si cer. pe. l. singularia. et ita no. i contrario. Istō est fal. quia illō quod ibi dicitur pecunia idē dicitur in specie: ut. j. e. l. i. executione. §. pe. vñ glo. hic aliter dicit videlicet ut distinctio huius. §. habeat locum in obligatione faciendi. secus autem in obligatioe dandi: ut in contrario: quia quod ab vno dari debet potest melius dari per alium quam factum vnus explicari per alium: ut hic habetis in gl. Ista rōne glo. non videtur bona et per omnes nec solutio. nā vnus ex heredibus sicut factum alteri non potest explicare: ita nec per fundi alteri dare eo inuito: ut in reg. iuris id quod nostrum est. Et si tu dicas poterit dare estimationem eadem rōne in factio poterit dare per interesse. Preterea facilius est facere quam dare: ut. §. de ope. lib. l. he ope. §. si. no. C. de sen. q. p. eo. l. vna. ergo zc. Ideo ddo. assignat aliam rōnem. f. quia datio potest explicari vno momento. facta autem habet tractum successiuum per dies ut. l. j. §. de ope. liber. id facilius potest dare quam facere. Ista ratio non est bona: quia loquitur in factio momentaneo. f. rē ra. ha. vñ Pe. dicit quod impossibile est quod esse obligatum ad factum alienum: ut. j. e. l. stipulatio ista. in prin. sed bene possunt esse obligatus ad dandum rem alienam l. istud dare fit mihi difficile et difficultas non impedit obligationem: ut. j. e. l. cotinuus. §. illō. §. si. sicut et generalis: sed impossibilitas impedit. et ista rōne coherere non incidit in penam ex facto al-

a C Acti. bo. nefidei. ADDE. Cū hac limitatioe ut refert alex. trāsit per. rai. ange. rai. pha. alex. q. hic dicta i hac quinta opo. insert ad. q. de pluribus heredibus alicuius qui habebat ephtecosis ut vno soluente et alio non quod nubi lominus soluens icidat i penā: quia contractus emphiteoticus est stricti iuris et dicitur habere locum iste tex. et hanc partem dicit tenere glo. i l. cōi. diuidu do. §. cōi. di. bar. i. l. si fraudati. §. de public. cum vna modifi ca. spec. licet alex. non alleget in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. l. xij. sede. cō. si. cccxviii. i prin.

teri: q̄a impossibile est eū ad illud teneri. secus i datōe.
 Ita dicit **De**. l. 3 p multa vba. **Aduertatis**. hoc si credo
 verū. l. 3. n. difficultas nō impedit ipsaz obligatōez princi
 palē: vt. d. §. illud. tñ difficultas ex postfacto supueniēs
 ipedit cōmitti stipulatōē penalē: vt. s. ad. l. rhodi. d. iac.
 l. si vebēda. §. idē iuris. z hoc ē verū ēt in obligatōe dā
 di: vt no. gl. i. l. q̄d te. s. si cer. pe. i. fi. ante pe. gl. Lū ergo
 eēt mibi valde difficile dare p̄tez coheredis mei excusa
 rer a p̄ea q̄d ē p̄tra hūc tex. **Quid dicem**. dico gl. op
 time dicere si bñ intelligat. nā meli p̄t dari p̄ alio q̄ fieri.
 hoc d̄claro sic. Aut dari d̄z q̄ntitas: z tūc certū ē q̄d he
 res p̄t dare p̄ coherede. Aut d̄bef species: z tūc sic vn̄
 ex heredib̄ p̄t soluere p̄tez suā in illa specie ita p̄t sol
 uere p̄tez quā d̄z coheres suus sicut trāfferre d̄niuz. hoc
 p̄bz. s. mā. l. si p̄curator. §. si ignorātes: vbi fideiussor
 soluit de substātia d̄ni d̄no ignorāte. ita hic coheres po
 terit soluere p̄tē coheredis. **Preterea** posito q̄ traden
 do p̄ coheredū nō posset trāfferre d̄niuz saltē ille cu
 ius noie soluere cogere h̄re ratū tanq̄ vtiliter gestū:
 vt. s. d. neg. ge. l. p̄pomi scribit. ita dicit hic **Ja**. d. are. q̄d
 mibi v̄f v̄ez: z hoc voluit sentire glo. hic. p̄ hoc induco
 l. beneficentē. C. d. epi. z de. auc. si captiui. z ap̄t i cor.
 vñ sumit i tex. ut cū d̄ ap. cog. §. si vn̄ de p̄dictis. z. §. in
 his nō causis i fi. col. viij. p̄ hoc q̄d no. s. de iudi. l. v̄d̄
 tor. i glo. z. C. vbi d̄ cri. agi. opor. auc. qua i puicia. **Pre**
 terea soci iuito socio p̄t vti re ad eū vsuz ad quē d̄stina
 ta est: ut. l. si edes. s. coi. diui. z p̄ **Dy**. in. c. i re coi. extra d̄
 re. iur. l. i. vj. **Sz** posses tu dicere q̄ est rō q̄ ipsa p̄ncipalis
 obligatio dādi vel facti diuidit iter heredes adeo
 q̄ vn̄ soluēdo p̄tē suā nō p̄t ampli cōueniri: ut. j. de fi
 deius. l. si restō. §. q̄ si duo. z. C. d. neg. ges. l. iij. z ibi per
Dy. §. cōmissio penalī stipulatōis nō diuidit in obliga
 tione dādi. imo si cessat in p̄te cōmittit in totū. secus si
 i factō diuiduo. **Rūdeo** istud q̄d ē in obligatōe q̄tū ad
 stipulatōē penalē est i d̄ditōe si bñ inspicias. §. condi
 tio dādi p. l. xij. tab. nō diuidit iter heredes: ut. s. de cō
 di. z d̄mō. l. cui fundus. i fi. d̄z ergo a quolibet dari totū
 ne stipulatio p̄alis cōmittat. **Sz** d̄ditio facti diuidit bñ
 diuidit iter heredes ne deueniam ad ip̄sibile: ut hoc
 §. q̄d t̄z **Dy**. C. de cōdi. i ser. l. si plures. in. j. q. z ibi te re
 mitto qualiter id q̄d est in cōditōe simpliciter d̄z impleri
 q̄d hic nō tracto l̄z glo. tractet i. l. si seruus. C. si pluriuz.
 vbi nos remittit. **Cp**. viij. hic d̄z q̄ si ipse d̄ns ratum
 h̄z p̄ p̄te p̄mittit stipulatio pene isolidū. p̄tra. j. r̄ra. ha.
 l. si p̄curator. i p̄n. dicit glo. sol. ut ibi. z ibi dāf tres sol.
Pria est q̄ hic ipse d̄ns p̄mittit: vñ p̄ p̄te nō h̄z ratū: ibi
 p̄mittit p̄curator. **Ista** so. ponit diuersitatē casuū n̄ rōez.
Preterea ē falsa. nā ipse p̄curator q̄ p̄mittit ratū habitu
 rū v̄f p̄mittere se factuz z curatur. z̄. ut. j. e. l. quotiens
 qs. z no. **Dy**. C. d. p̄cu. l. j. i. vij. q. ergo p̄mittit p̄curator
 factū suū. si ergo factū hoc. f. curare nō ipluit nisi p̄ p̄te
 d̄beret p̄mitti p̄ea i totū: sicut hic q̄n ipse d̄ns p̄mittit z p̄
 p̄te tñ obseruat. **Secō** modo soluit q̄ hic erat negociū
 tale q̄d pro p̄te poterat h̄ri ratū ab herede nō a d̄fucto:
 ut. l. legatari. s. de le. j. istud est diuinare. **Tertia** solu
 tio est q̄ hic fuit pena p̄missa ibi nō. **Ista** solutionē ipu
 gnat **De**. q̄a nihil refert vtrū adijciat pena vel nō h̄z eū.
 nā si pena adijciat ē loco itereffe. z iō si nō itereffet p̄ea
 nō cōmittit saltē ope exceptōis: ut. s. e. l. ij. in fi. z. l. se. iō
 ipse **De**. soluit alio modo. z sic aut qs vult habere ratū
 pro p̄te vt h̄eat actionē z non p̄t: ut. l. cū q̄rif. s. de ad
 mi. tu. z ita intelligit hūc fi. **Aut** vult habere ratū p̄ p̄te ut
 euitet pena vel itereffe cōmissio z p̄t. ita loq̄f. l. p̄traria.
Ista so. nō pl̄z doc. q̄a si bene itueris hūc finē hic loquif
 in p̄missore q̄ volebat habere ratū p̄ p̄te ut euitaret pe
 ne cōmissio z nō p̄t. **Quid** ergo dicem. certe tertia
 solutio glo. ē v̄ssima: q̄a hic fuit pena p̄missa ibi nō. z iō
 ibi stipulatio cōmittit ad itereffe: nō itereffe aut in plus
 q̄ ea p̄te i qua nō ē subsecuta ratihabitio. ergo z̄. z hoc
 p̄bat i tex. ibi: q̄a nō cōmittit stipulatio z̄. z hoc t̄z do.
Rai. nec ob. rō. **De**. q̄a v̄ez ē q̄ ubi stipulatio p̄alis suc

cedit loco itereffe nō cōmittit nisi itersit: cū si i aliquo i
 tereffe nō curat q̄tū sed pena cōmittit in totū: ut. j. d̄ pre
 to. stip. l. si. vel dicitur ut dixi. s. l. p̄xi. **C** Decio op. z
 v̄f q̄ p̄tra ipsuz p̄ncipalē nō cōmittat nisi p̄ p̄te: q̄a i alia
 p̄te obstat exceptio: ut. s. si qs cau. l. si fu. §. si plurium.
So. **Alar**. dixit i distincte i oib̄ obligatōib̄ dādi z facti
 diuidui. l̄z p̄ea cōmittat isolidū: tñ de eq̄tate obstat exce
 ptio pro ea p̄te pro q̄ ē pitū. z sic oēs iste. ll. d̄terminat p̄
 §. si pluriū. **Istō** ab oib̄ reprobaf. nā stultū ē dicere q̄ il
 la lex q̄ loq̄f i iudicijs z loq̄f i factis d̄termiet. l. loquētes
 in p̄tractib̄ z i obligatōib̄ dādi. cū. n. sint separata nō in
 ferī d̄ vno ad aliō: ut. s. d. cal. l. si. ergo gl. i. l. p̄traria aliaz
 solutōez dat: videlicet q̄ sp̄ale ē in iudicijs ubi isolidū
 pena cōmittit. sed i p̄te obstat exceptio. §. in p̄tractib̄ so
 lū i p̄te cōmittit ut hoc. §. **Ista** so. ē fal. q̄a si aliō ē i iud
 cijs aliō i p̄tractib̄ d̄z eē aliud i hoc cū magis faueat in
 iudicijs ad pene cōmissionē euitādā q̄ i p̄tractib̄: ut. s.
 si qs cau. l. z si post tres. C. d. fideius. l. sancim. **Sed** sm
 istā so. nō eēt sic: q̄a d̄m̄ cōmittit i iudicijs q̄ i p̄tracti
 b̄. **Preterea** q̄ cōmittat stipulatio pro p̄te i factō diui
 duo h̄z locū i heredib̄ p̄ncipalis nō in ipso p̄ncipali: ut
 hoc. §. i fi. z hoc ē tāgū glo. in. d. §. si pluriū. **Alij** ergo
 dāt aliā so. videlicet. aut potuit i totū iplere z nō fecit z
 pena cōmittit i totū sine remedio exceptōis ut hic. **Aut**
 p̄tē fecit z p̄tē omisit: q̄a nō potuit: z tūc i p̄te obstat ex
 ceptio: ut. d. §. si pluriū. ar. s. d. colla. bo. l. j. §. si cū duo
 bus. **Dec** so. ponit ibi. i fi. mag. gl. **Ista** so. cōiter repro
 bat p. l. cōtinu. §. illd. j. e. tñ i veritate ut dicit **Ja**. bu. in
 l. p̄traria. i se vera ē: q̄a difficultas supueniēs l̄z nō excu
 set ab ipsa obligatōe: tñ excusat a pene cōmissionē: ut. d.
 l. si vebēda. §. idē iuris. ad. l. rho. de iac. z. s. dixi. tñ q̄a
 p̄tinet diuinatōē iō respūenda. **Alij** ergo ut **De**. dant
 aliā solutionē videlicet ut hic loquat q̄n vnū factū diui
 duū est in obligatione. sed. l. cōtraria loquif q̄n plura fa
 cta copulatiue sunt i obligatōe. vñ q̄a ibi fuit p̄missū st̄
 chū z erotē i iudicio stare. z si statim nō essent fuit pro
 missa pena. si vn̄ fuit i iudicio tñ de rigore pena cōmit
 tit in totū: quia verū est eos statos nō esse oino. ergo ibi
 sumpta fuit ex vniuerso. sed de eq̄tate ibi in p̄te ob. exce
 ptio. z idē intelligit **De**. esse in p̄tractib̄ z in iudicijs. z
 hoc v̄f seq̄ **Ja**. bu. in. l. p̄traria. **Ista** opi. est p̄tra. l. si is q̄
 ducenta. §. cū ita. ij. r̄iso. s. d. re. du. z. §. vtrū. ea. l. ubi id̄
 sticte d̄f penā cōmitti aliquo nō factō. **Quid** ergo dice
 mus. dico sicut glo. p̄mo dixit videlicet q̄ sp̄ale est in iu
 dicijs: tñ alia sp̄alitate q̄ glo. dixerit: q̄a in cōtractib̄ si i
 p̄te nō obseruat cōmittitur stipulatio i totū sine obstacu
 lo exceptionis siue sit vnū factū ut hic: siue plura copula
 tiue cōcepta: ut in. §. cū ita. z i. §. vtrū. sed i iudicijs miti
 us agitur: q̄a stipulatio cōmittitur isolidū. sed de eq̄ta
 te i p̄te ob. exceptio: ut i. §. si pluriū. z illud v̄f tenere gl.
 in. l. prox. §. si. z. s. fa. her. l. heredes. §. idē iuris. hoc ē t̄z
 glo. i. d. §. vtrū in vl. glo. mag. z ibi hoc t̄z **Dy**. hoc ē t̄z
 tenuit do. **Rai**. me audiete sup hoc. §. l̄z q̄nq̄ aliter di
 xerit. z hoc puto verū in his que p̄tinet ad ordinationē.
 secus in his q̄ p̄tinet ad decisionē: q̄a tūc idē q̄d in p̄tra
 ctib̄: ut. j. l. prox. §. si. prout ibi loq̄tur de snia arbi. ar.
 ei q̄d no. s. d. arbi. l. cellus. in p̄n. **Alitio** posset oppōi
 ad hūc finē: q̄a si nō licet defuncto iplere pro p̄te: ergo
 nec heredi: ut. s. l. ij. §. ex his. **So**. ibi diuiduū: vel dic ut
 ibi. **Et** ergo ista materia liqueat qualiter z aduersus
 quos cōmittatur itereffe vel p̄ea adiecta factō diuiduo
 vel dationi sic distingue: q̄a aut loqueris de p̄ncipali:
 aut de heredibus eius. **Primo** casu aut nō fuit adiecta
 pena z stipulatio ad interesse cōmittitur pro ea p̄te pro
 qua nō est obseruatū: ut. j. rem ra. ha. l. si procurator. in
 prin. **Aut** fuit adiecta pena. z tunc aut loq̄mur in cōtra
 ctibus z pena cōmittitur sine obstaculo exceptionis: ut
 hic z. l. si is qui ducenta. §. cum ita. z. §. vtruz. de re. du.
Aut in iudicijs. z tūc aut i his q̄ p̄tinet ad decisionē. z
 idē: ut. j. l. prox. §. si. **Aut** ad p̄parationē. z tūc si in p̄te
 nō obseruatur pena i totū cōmittitur de rigore. sed de

equitate in pre ob. exceptio: ut i. §. si pluriū. Si vero loq̄
ris in plurib⁹ heredib⁹. tūc aut in obligatōe dādi. tunc
vno p̄rafacite pena cōmittit̄ p̄tra oēs: ut. §. l. p̄xi. §. si.
z. l. in executōe. §. pe. j. e. **B**ut in obligatōib⁹ faciēdi z cō
mittit̄ pena solū p̄tra eū q̄ p̄rafecit: ut i. hoc. §. hoc sem
per saluo: tā in p̄ncipali q̄ i heredib⁹. z tā in obligatōe
dandi q̄ faciēdi. q̄ si aliq̄s ex casu supueniēti ipedit̄ im
plere totū vel p̄te q̄ illa difficultas excusat a p̄ea: ut. d.
l. si vebēda. §. idē iuris. §. ad. l. rhodi. de iac. q̄ r̄z Jac.
bu. i. alle. §. si pluriū. q̄ tū nō est intelligendū sine disti
ctione. Sz dic ut dicā in. l. p̄tinuus. §. illud. j. e. **E**nū ē
scias q̄ canoniste p̄dicta ita subtiliter nō intuētēs nō fa
ciūt differētiā inter obligatōne dandi z faciēdi: ut extra
de p̄eis. c. suā. dic ut ibi p̄ eos. **E**xpeditis p̄trarijs venia
mus ad q̄ōnes p̄prie p̄tinētēs ad nostrū. §. **P**rimo q̄
ro. loq̄ hic q̄i noie pene fuit p̄missa certa pecunia: z sic
res diuisibilis. Sed pone p̄missus fuit noie pene aliq̄d i
diuiduū qd iuris: **R**ū. **D**icit pe. q̄i q̄z factō vel datōni
adijct̄ pecuniaria pena. z tūc dic: ut. §. i. distinctōe. q̄i
q̄z adijct̄ pena nō cōsistēs in pecūia: sed in factō. z tūc
q̄i q̄z factō diuiduo apponit̄ pena facti diuidui: z tunc
idē q̄i in pecuniaria: ut hic dicā: q̄a eadē ē rō. q̄i q̄z adij
ct̄ factō i diuiduo pena facti diuidui z similiter idē. q̄i
q̄z factō i diuiduo adijct̄ pena facti diuidui z sic utrū
q̄z i diuiduū z tūc ex factō i diuiduo vni⁹ ex heredib⁹ pe
na cōmittit̄ insolidū p̄tra oēs. ar. §. e. l. ij. §. ex bis. q̄i q̄z
factō diuiduo adijct̄ p̄ea facti diuidui. h̄bi ḡra. p̄missit
aliq̄s n̄ agere z si ageret p̄missit noie pene iter fieri. **I**sta
est q̄stio i qua est dubiū. nā ipsuz primū factū diuiduum
diuidit̄ inter heredes: sz illud q̄d est in pena nō p̄t̄ diui
di. qd ergo erit. **C**erte dicat̄ **P**e. q̄ p̄ea cōmittat̄ t̄m ad
uersus eū heredē q̄ cōtrafecit. ar. hui⁹. §. ubi dicā q̄ pe
na adiecta factō diuiduo cōmittit̄ t̄m pro p̄te. vep̄ quia
ipsa pena cōtinet̄ i diuiduū cōmittit̄ aduersus illū h̄rdē
insolidū hoc adiecto q̄ actor d̄beat ei offerre extimatio
nē pro p̄te coheredū. ar. §. si ser. ven. l. loci. §. fundus. z
de le. ij. l. cū fili⁹. i. p̄n. §. ad. l. fal. l. lege falcidia iteruēte
cū si. **I**sta sunt h̄ba **P**e. q̄ vtrū sint h̄ba hoc vltio casu re
linquo sub dubio. **S**cōo q̄ro. aliq̄s p̄missit iudicatū sol
ui sub certa p̄ea q̄ stipulatio cōtinet̄ clausulā de defendē
do: ut. j. iudi. sol. l. iudicatū solui. z iste decedit̄ pluribus
heredib⁹ relictis. vnus heredū defendit̄ alter nō. querit̄
vtrū pena cōmittat̄ aduersus oēs vel solū aduersus nō
defendētē. **D**icit qdā q̄ cōmittat̄ solū aduersus nō
defendētē: q̄a talis stipulatio est diuidua. **C**ausus est. j. de
p̄to. stip. l. ij. §. incertā. §. ad. l. fal. l. penales. §. iul. **P**e.
tenet̄ cōtrariū. i. q̄ aduersus oēs cōmittat̄ pro portione
hereditaria. hoc p̄bat sic. p̄missio de defendēdo d̄r̄ i diui
dua: ut. j. p̄r. §. i. h. ergo zc. **P**reterea d̄r̄ in. l. q̄ plures
heredes cogit̄ dare vnū procuratorē ad defendēdū ne
defensio diuidat̄: ut. j. iu. sol. l. iā t̄i. §. pe. ergo p̄z q̄ sti
pulatio ē diuidua. **P**reterea posito q̄ stipulatio ista cō
tinet̄ diuiduū: t̄m adhuc pena cōmittit̄ cōtra oēs. hoc
sic p̄bat. **J**ura sunt facta p̄ p̄cta rōnis: ut ubi est eadēz
ratio sit idē ius. l. adigere. §. q̄uis. de iurepa. cū si. sz ra
tio quare i obligationib⁹ dādi pena cōmittit̄ aduersus
oēs est: q̄a p̄t̄ pro alio dare: ut. §. dicit̄ ē. eadē rō ē hic:
q̄a q̄ p̄t̄ p̄ coherede suo d̄fendere. ergo si nō fecit̄ p̄ea
cōmittit̄ insolidū. **N**ec ob. iste. §. ubi d̄r̄ q̄ in factis diui
duis pena cōmittit̄ pro p̄te t̄m: q̄a istud est vep̄ i factis
p̄fone coheredib⁹: adeo q̄ nō possunt p̄ alios explicari
inuitis coheredib⁹: ut p̄z i exēplis positis i tex. **I**ta dicat̄
Pe. ad. §. incertā. sed ad. §. iul. nō respōdet. **S**ed qdā
moderni h̄az partiū r̄ndent q̄ ibi agebat̄ ad interesse.
ideo agit̄ ad p̄rez. secus si ageret̄ ad penā nos qd dice
mus. **C**erte primo oportet videre an ista obligatio de
defendēdo sit diuidua vel i diuidua. z dico q̄ est i diui
dua si aliq̄d petit̄ vna actōe. hoc p̄bat p̄ tex. j. prox. i. §.
fi. z. j. e. l. cum ex causa. j. iudi. sol. l. ex clausula. **P**reterea
hoc p̄bat p̄ rationē. illud factū dicā diuiduū qd tantaz
utilitatē affert in p̄te habita cōsideratōe quo ad p̄te: quā

tam affert totū habita cōsideratōe quo ad totū. **E**t ecō
tra illud factū dicā i diuiduū qd nō affert tantā utilita
tem in p̄te quo ad p̄te: quantā i toto quo ad totū: ut p̄z
in exēplis huius. §. z p̄bat. j. e. l. in executōe. §. ij. z dicā
lati⁹. j. e. l. stipulatōes nō diuidūt̄. sed in proposito si
q̄s defenderet in totū euitaret cōmissionē penalis stipu
lationis. itē euitaret penā cōrumacie. sz si aliq̄s vult pro
p̄te defendere nō euitat cōmissionē penalis stipulatōis
nec penā cōrumacie iuito actore: ut. j. iudi. sol. l. iā t̄i. §.
si cū plures. z ibi no. ergo ē i diuidua. **C**ollige ergo ex
p̄dictis q̄ stipulatio de defendēdo est i diuidua. nec de
fensio p̄t̄ diuidi. z hoc vep̄ actore iuito. sed eo volēte
sic. **I**tez hoc vep̄ q̄i vna actōe agit̄ ad aliq̄d. secus si ex
varijs causis diuerse actōes intētāt: ut. d. l. iā t̄i. §. si cū
plures. in glo. sup. ver. desiderāte. **N**ūc restat videre
si pro p̄te cōtrafiat qualiter penalis stipulatio cōmitta
tur. z dico qd dicā q̄ si ipse p̄ncipalis cōtrafiat
in p̄te pena cōmittit̄ in totū: ut hic in si. facit de dā. in
fec. l. in stipulatōe. sed in plurib⁹ heredib⁹ si vnus cōtra
fiat dico generaliter i q̄libet stipulatōe p̄toria. siue cō
tinet̄ datōne siue factū i diuiduū siue diuiduū: siue
possit p̄ aliū explicari siue nō. indistincte pena seu interes
se cōmittit̄ aduersus eū q̄ cōtrafecit t̄m. **H**ic ē casus i. d.
l. penales. §. iul. §. ad. l. fal. ibi d̄r̄ oēs p̄torias stipulatio
nes zc. no. oēs. z sic siue sit apposta pena siue nō. **I**tez
aduerte: q̄a ibi ponit̄ exēplū in stipulatōe iudi. sol. q̄ cō
tinet̄ datōne ex eo qd verbū sonat: z t̄m pena n̄ cōmittit̄
aduersus oēs: qd in alijs stipulationib⁹ nō p̄torijs est
secus: ut. §. dixi. **I**tez cōtinet̄ stipulationē de dolo qd ab
sit q̄ est i diuidua. **I**tez stipulatio de defendēdo q̄ regu
lariter i diuidua est: ut. §. dixi. z t̄m nō cōmittit̄ aduer
sus oēs. sed solū aduersus eū q̄ p̄rafecit: sz in alijs sti
pulationib⁹ secus: ut hoc. §. **I**tez in casu quo stipulatio de
defendēdo est diuidua cōtinet̄ factū qd p̄t̄ p̄ aliū expli
cari: z t̄m nō cōmittit̄ aduersus heredes oēs: ut ibi p̄z. sz
pe. supra dixerit̄ cōtrariū z male. **D**icēdū est ergo q̄. §.
iste nō habet locū in stipulationib⁹ p̄torijs sed in alijs. z
ideo in stipulatōe rē ra. ha. d̄r̄ hic q̄ indistincte cōmitta
tur cōtra eū q̄ cōtrafecit z ei soli cōtra quē fuerit cōtrafa
ctū siue fuerit interposita sup diuiduo siue super i diui
duo si ponimus eā esse p̄toriaz. **E**t est ratio: ut statiz di
xi in actionibus bonēfidei. ubi ex factō vnus nō cōueni
untur ceteri coheredes: sed ille solus q̄ cōtrafecit. z hoc
propter eq̄tatē officii iudicis qd in illis actionib⁹ multū
p̄t̄: ut dixi. §. ita hic in stipulationib⁹ p̄torijs officium
